



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. XXI. A Virgine quandoq. etiam post mortem illis opem ferri; qui eam sincerè colunt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

lire moraretur. Mane de hac re certior factus Antistes, cum sacerdotib. omnib. illuc se contulit; & sublata purpura, qua velatum cadauer erat, a diuncto capite uiso, maxima admiratione affectus est. Intentos oculos in purpuram illam defigens, quae tenuissima lana discreta erat; rem coelestem esse agnouit. Idcirco ueram militum dictis fidem adhibens, latronis cadauer non dissimili pompa extulit; ac si martyris corpus fuisset; illudq. in honesto, & sacro loco pie conditum est. Quare omnes fere, qui in ea prouincia degunt, diem illum Virginis religionem adducti, ieiunare inceperunt.

MIRAC. VIRG. XXI.

A Virgine quandoq. etiam post mortem illis opem ferri; qui eam sincerè colunt.

Adolescens clericus, licet in fluxae illius aetatis delicias facile nimis prolaberetur; tamè quotidie Virginem quinquaginta Angelicis salutationib. ter pie salutabat. Iam uerò diem suum obierat; cum paullo post ad uitam reuocatus, sibi cognatione coniunctae mulieri occurrit; eamq. ut sacerdotem arcesseret, rogauit. Post sacerdotis aduentum, planè peccata sua omnia confessus est; dixitq. cum uita excessisset, de trib. adeò grauib. flagitiis à cacodaemone in Christi conspectu, se accusatū fuisse, ut sibi periusti iudicis unam sententiā eo tempore, moriendum esse existimaret. At clementissimae ipsius iudicis matris precib. impetratum fuisse testabatur;

hic b d

batur;

batur; ut ad corpus auium rediret, uti per sacrosanctā confessionem, è Satanae ditione erueretur. Tria autem illa peccata, quae sacerdoti narrauerat, palā protulit. Primum, si iure debitis decimis sacerdotes saepe fraudauerat; deinde religiosis hominib. quibusdā pisceis quosdam subtraxerat: tandem, dum uenationib. deditus esset, saepissimè pauperrimorum rusticorum agros deuastarat. Villici, qui illic aderant, palam testati sunt, à se damnum illud uenatori dimissum, & condonatum fuisse. Respondit ille, re ipsa soluē dum esse, quod re malefecerat; ut tutò se mortis aeternae periculo expediret. Iussit igitur heredib., ut illatum damnum resarcirent: deinde ad uitae exitum reuocatus iterum è corpore animam exspirauit.

M. I. R. A. C. V. I. R. G. X. X. I. I.
Saepe mortales, licet diu praecipites iuerint, à Dei matre corrigunt, ac coercentur.

Nimiam & in suos, & in externos saeuitiam princeps exercebat: ac tam malè se cum ciuib. suis gerebat; ut ei malè omnes ominarentur. Iam ille in morbum inciderat: qui ad eò aggrauescebat, ut miser in mortis periculo esset. Ciuitatis Antistite accito, ei, quodcunq. à se peccatum fuerat, diligenter explanauit. Eundem etiam obtestatus est, ut Deū, cui soli sui conseruandi potestas erat, sanctis precib. mollire niteretur: uti ira, quae in ipso, propter tot flagitiorum grauitatem, accensa erat, decideret, ac remitteretur. Ut facilius ad eam rem Antistes